UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio

Romae, 1657

3 Aduocationes Fisci, & pauperum sunt dignitates Collegiales Aduocatorum Consistorialium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

Visual Library

Collegiales reſpectu Aduocatorum Conſiſtorialium, licet ſemper vni, ex illis conferri conſue-
3 uerint; Nam * præmiſſa contrarium manifeſtè euincunt in vtràquè Aduocatione.

Quod etiam in Fiſcali comprobant bina Reſcripta Imperatorum directa Præfectis Prætorio, quorum ſupremæ Sedi, hoc eſt Imperiali Conſiſtorio tunc dictus ordo numeratus centum quinquaginta Aduocatorum addictus erat; Vnum ſcilicet *in præallegata l. Binos* ità conceptum, *Binos, qui priores in ſui culminis ſede inueniuntur ad patronatum Fiſci, ſingulis quibuſquè annis accedere, paribus dignitatis, & priuilegiorum inſigni-*

gnibus ambiendos decernimus, *quibus antehac vtebatur is*, *qui ſolus Fiſci creabatur Patronus*; Ex quo *ibidem* aſſeruit Fulgoſ. deſcendere quod ſeruatur in Curia Romana, Nam * antiquior Aduocatus Conſiſtorialis eſt Aduocatus Fiſci Eccleſiaſtici; ponderanda quippè videtur indoles dicti verbi, eſt, quæ* præcisè ſignificat veritatem ſubſtantiæ ſecundùm Bald. *conſ.* 374. *paulò poſt medium verſ. & ideo vol.* 1. Iaſon. *in l. ſerui electione* 5. §. 1. *num.* 25. *De legat.* 1. & Rebuff. *in l. rectè dicimus* 25. *verſ. ſecundò gloſſa ff. de verb. ſignificat.* Alterum *in l. laudabile* 4. *C. De Aduocatis diuerſ. Iudicum* magnificè pro-

mul-